



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Distinctio prima.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](#)

# Magistri Durandi de Divisio Literæ Magistri

SENTENTIARVM, CVM SENTEN  
tia eiusdem in generali, & speciali: & primæ  
distinctiones primi Libri.



Eteris, ac nouæ legis. Hic incipit tractat<sup>us</sup>, & diuiditur in duas partes. Primo enim Magister premicit quædam genera, quasi totius operis prælatiua. Secundo, suam intentionem exequitur. Et hoc in principio secunda distinctione, ibi, hic ita p<sup>r</sup> vera & pia fide. Prima est p<sup>r</sup>senis lectionis: & diuiditur in tres partes. In prima, Magister determinat suum intentum. In secunda, mouet questiones circa determinata. In tertia, ponit quandam epilogationem, in qua continuat dicta dicendis. Secunda incipit ibi, Cū autem hominis. Tertia ibi, Omnia ergo quæ d<sup>r</sup>ta sunt. Prima pars diuiditur in tres: quia primo p<sup>r</sup>mittit quandam distinctionem vitem toti operi. Secundus, membrum diuisiōnis declarat. Tertiū, mouet quandam distinctionem. Secunda incipit ibi, Illud verò in rebus cōsiderandū est. Tertia ibi, Notandum verò &c. Secunda pars principalis, in qua mouet questiones, diuiditur in tres partes, secundum tres questiones, quas mouet. Secunda incipit, Sed cum Deus diligat nos. Tertia ibi, Hic cōsiderandū est. Cuilibet autem questioni adiungit suā solutio<sup>n</sup>e. Et hæc est diuisio, & sententia in generali.

In speciali sic procedit Magister: primo ponit, p<sup>r</sup> consideranti diligenter & subtiliter continentia veteris ac n<sup>o</sup>va legis, paret, totam sacram paginam circa res & signa versari: & declarat membra huius diuisiōnis, dicens, quod res est de his, quæ non adhuc ad aliud significantur: signa verò, quorū vñs in significacione est. Sub diuidit signa, dicens, quod signorū quædam sunt signa solū, ut faciat mentia veteris legis: quæda verò sunt signa & res, ut sunt sacramenta nouæ legis. Comparat etiā signa ad rem, dicens, p<sup>r</sup> omne signū res: non enim potest signare quod nihil est: sed non omnis res est signū, quia non omnis res ad significandū adhibetur. Hinc etiam ordinē concludit agendi, quia primo est agendum de rebus que in tribus libris continētur: & postea de signis, quod fit in .i. li. Deinde ponit subdivisionē rerum: quia aliae sunt, quibus fruendum est: illæ scilicet, que beatos nos faciunt, ut Trinitas, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Aliae sunt, quibus vñdum est: illæ scilicet, quibus tendentes ad beatitudinem adiuamur: ut creature, per quas in Dei manaducimur. Et hoc confirmat Magister per Augu. Aliae sunt res, que fruuntur & viuant, ut creature rationales in mediis situate, fruendorum scilicet, & vñdorum. Vbi determinat, quid est frui, & quid vñ. Postea remouet quandam dubitationē: vbi sic procedit. Primo enim ponit quandam n<sup>o</sup>iam assignationem de frui & vñi, cum gaudio nō spei, sed iam rei: vñi verò est assumere aliquid in facultatem voluntatis: vnde concludit, quod omnis fruitor sub vñi continetur. Secundū dō hoc opponit contra p<sup>r</sup>dicta, dicens, p<sup>r</sup> soli Brati fruuntur qui soli habent gaudium rei. Tertio respōdet, dicens, quod soli Beati fruuntur propriè & perfectè, iusti verò in via imprīprie & imperfēcti. Aliam etiā questionem solvit, dicens, quod iusti via, habent gaudium reale: ideo etiam realiter loquendo oportet quod etiā fruantur: quia quicunq; aliqui rei cū delectatione adhucet, fruatur. Sed si illa fruitor & adhesio alibi sit, quam in Deo, sic est abusiva fruitor. Deinde querit, vñrum hominibus sit fruendum, an vñendum. Et responderet secundum Augustinum, quod vñendum est, non fruendum: quia propter se nō sunt diligendi: ut tamē videatur dicere Apost. quod hominibus sit fruendum ad Philemonem dicens, Itaq; frater ego te fruar in Domino. Et responderet secundum Augustinum, quod non dicit. Ego fruar te: sed addit, in Domino. Sed homine sic in Deo frui, potius est Deo frui, quam homine. Contraria queritur, vñrum Deus viatur nobis, an fruatur. Et dicit, quod non fruatur, sed vñatur. Sed tamen differenter quā nos: quia nos vñmūr aliis rebus propter nostram utilitatem. Deus autem nobis vñtūr non ad vñlitudinem suam, sed ad nostram. Et exempla habentur ex verbis Augustini. Hoc

## Sancto Porciano

habito, querit, vñrum virtutibus sit fruendum. Et primo offendit per autoritatem Augustini, quod nō, tali ratione: Omne quo est fruendum, propter se est amandum, virtutes autem non sunt propter se amandas, sicut offendit autoritatem Augustini: ergo virtutibus non est fruendum. Sed p<sup>r</sup> virtutibus est fruendum, & propter se sint appetenda, offendit autoritate Ambrosii. Et respondet Magister, quod nō est fruendum virtutibus. Et quod dicit Ambrosius, quod propter se sunt appetenda vel amandas, hoc est, quia delectant suos possitores, & habent aliquid, unde propter se amantur: tamen earū amor ad aliud ordinatur. Vnde non est in eis fruendum: sed vñterius per eas ad beatitudinem est fruendum. Sed contra hanc solutionem obicitur hic, Frui est amore aliqui adhucere propter se sed hoc est intellegendum cum hac additione, ratiōnē, ita p<sup>r</sup> amor non refutatur ad aliiquid: sed si non est adhucendum virtutibus propter se: sed vñterius propter beatitudinem est virtutibus adhucendum. & hoc offendit autoritatem Augustini: & ideo virtutibus non est fruendum, sed Deo. Vñtūm recapitulat ea, quia dicta sunt, offendit secundū quem ordine de eis sit tractaturus, quia prius de rebus, quā de signis: & prius de rebus, quibus fruendum est, quā de eis, quibus vñdum est. Et hæc est sententia in generali, & speciali.

## PRIMA QUESTIO PRIMÆ distinctionis.

Vñrum frui sit actus intellectus, an voluntatis.  
*Th. i. 2. q. ii. ar. 1. p. q. 15. ar. 2.*

Circa distinctionem istam queritur de duobus in generali, scilicet de fruitione, & vñ. Circa fruitionem queruntur duo: Primum est, cuius potentia actus sit, frui. Secundum est, quid sit objectum fruitionis. Ad primum sic procedit. Et arguit, quod si frui sit actus intellectus: quia nobilissimus actus videtur esse nobilissima potest: fruio nominat a sum nobilissimū, & intellectus est nobilissima potest: ergo fruio est actus intellectus.

Item habendo bonum fruuum: sed idem est habere, quod nosse, secundum Aug. lib. 3; quod ergo frui est idem quod nosse, sed nosse est actus intellectus: ergo, &c.

**I**N CONTRARIUM est, quod dicit Aug. & habetur in litera, quod frui, est amore inhaerere aliqui rei propter seipsum. Amor autem pertinet ad voluntatem: ergo, &c.

**R E S P O N S I O.** Videnda sunt duo: Primum est, quid sit fruio, & quod requiruntur ad fruitionem. Et ex hoc secundo apparet, quod queritur.

**Q V A N T U M** ad primum, scendum est, quod significata nomina probare non possumus, nisi ex vñ & acceptione doctorum. Beatus autem Aug. 12, de Ciuitate dicit quod nomen fruitionis a fructu descendit. Fruimur enim fructu, sicut cibamur cibo. Fructus autem est illud, quod ultimum ex arbore, & cum quadam delectatione percipitur. Fruio ergo includit delectationem: propter quod cum aliquis multum delectatur in aliqua re, dicens p<sup>r</sup> fruitor ea. Delectatio autem requirit cognitionem, quia delectari non est nisi cognoscens, ut habetur 7. Ethic. Ideo fruio requirit cognitionem praemium delectationi: non autem quia cumq; delectatio sufficit ad fruitionem, sed illa, quae queratur appetitus, vel totaliter vel in illo genere: quod concordat p<sup>r</sup>dictis. Fructus enim est, non quodcumq; ex arbore proveniens, sed vñtūm, ultra quod nihil aliud exceptatur: sic fruio a fructu dicta, est delectatio, non quæcunq; sed illa, in qua finaliter quietatur appetitus.

**P**ater ergo quod tria concurrunt ad fruitionem, cognitione, delectatione, & quietatio. Horum autem triū primū, scilicet cognitione non pertinet ad essentiam fruitionis intrinsecum, sed antecedit. Cuius ratio est, quia fruitor aut est delectatio, vel saltem nō potest esse sine delectatione: sed cognitione non est delectatio, & potest esse sine omni delectatione: ergo fruio non est essentiale ipsa cognitione. Maior pater ex dictis. Minor probatur. Quod enim cognitione nō sit delectatio, de se patet, eo quod cognitione pertinet ad potentiam apprehensionis, delectatio autem ad appetitum. Quod etiam possit esse sine delectatione, videntur, cum prius posit esse sine posteriori, vel secundum natu-

## Lib. I. Distinctio I.

naturam, vel saltem diuina virtute: cognitione autem prior est delectatione; & ideo invenitur quandom sine delectatione naturaliter. Trifititia enim que excludit delectationem, necessario requirit cognitionem. Potest etiam esse, saltem diuina virtute, q̄ habentes cognitionem cuiuscunq;, etiam habentis supremam rationem non sequatur delectatio, fructu autem nequam est, vbi delectatio non est: quia si posset esse sine delectatione, pari ratione posset esse cum trifititia: quod enim non coexistit vni oppositorum, potest stare cum reliquo. Relinquit ergo, quod fructus non sit cognitione essentialiter: sed pre-exigit cognitionem antecedente: quia non delectantur, nec fruuntur, nisi cognoscant.

7 Delectatio autem se habet ad fruitionem, sicut genus ad speciem: sed quietatio, sicut differentia, vel eam circunoquens. Est enim fructus delectatio, non quæcumq;, sed quietans appetitum. Et hoc est, quod dicit Aug. 10. de Trin. quod fructus cognitis, in quibus voluntas propter delectata conquiescit. Et ex hoc pater, secundum, quod queritur, cuius potentia actus sit fructus: quia voluntatis. Quod patet dupliciter: primo, ex suo genere sic: illius potest actus est fructus, cuius est delectari. Sed delectari est actus voluntatis. Ergo, &c. Secundo patet idem, ex eius specifica differentia sic: Eiudem est moueri ad terminum, & quietescere in termino. Sed desiderium de bono habendo, & fructus de bono habito, se habent sicut motus, & quies: ergo eiudem est desiderare, & fructus: sed desiderium est actus appetitus vel voluntatis, ergo & fructus.

8 Ad primum dicendum, quod fructus non est nobilissimus actus, sed est delectatio, conseqvens nobilissimum actum, scilicet actum intellectus circa nobilissimum obiectum. Vnde fructus non nominat actum beatifican̄ nos essentialiter, sed delectationē supereruente beatitudini, sicut supereruit pulchritudo iuuentutis.

9 Ad secundum dicendum, quod habendo summum bonum, fruimur: sed ipsum habere non est fructus, sed quodam presuppositum fruitionis, sicut nosse presupponit delectationis.

## QVAESTIO SECUNDA.

*Tb. 1.2. q. 11. ar. 1. Durand. in 3. dist. 16. q. 2. Et in 4. dist. 4. q. 5. De Pallude ibid. q. 4. Holcot. q. 7. determinationum.*

Secundū queritur de obiecto fruitionis, vtrum illud sit solum Deus, vel possit esse aliud aliud.

Et videtur, quod non solum Deo sit fruendum: quia omne illud potest esse obiectum fruitionis, quod potest quietate voluntatem & implere eius capacitatē: sed aliud à Deo potest quietare voluntatem, & implere eius capacitatē ergo, &c. Maior patet ex supra dictis. Minor probatur: quia omne finitum potest impleri aliquo finito, quod non est Deus: sed capacitas voluntatis est finita: ergo potest impleri aliquo finito, quod non est Deus. Et hæc tuī minor.

2 Item, quod amatur propter aliud non est obiectū fruitionis: sed Deus amatur propter aliud. Amatur enim, ac ei seruir propter mercedem, vt dicit quædam glosa super illud Luc. 11. Quantū ergo mercenarii, &c.

3 IN CONTRARIVM arguitur, quia solo fine ultimo fruendum est: sed solus Deus est finis simpliciter ultimus, sicut est agere simpliciter primum: ergo solo Deo est fruendum.

4 RESPONSO. Dicenda sunt duo. Primum est, q̄ immediatum obiectū fruitionis non est Deus, sed aliquis actus quo Deus à nobis attingit. Secundum est, quod obiectum fruitionis remotum est solus Deus.

5 Primum patet, p̄mitting duas distinctiones necessarias ad propositum. Prima est de fine, cōd quod delectatio, qua quietat voluntas in aliquo, vt in fine, est fructus. Finis enim dicitur dupliciter: uno modo, res assecuta, sicut finis aurari est pecunia. Alio modo assecutio rei, sicut finis aurari dicitur possessio pecunie. Et eodem modo finis creaturæ rationalis est Deus, sicut res assecuta: sed finis eius ut assecutio, est operatio, per quam Deum assecutur. Et hæc est visio Dei.

## & Quesitio II.

6 Secunda distinctio est, de amore: quia cum fructus sit aetus voluntatis, & omnes actus voluntatis radicaliter fundentur in amore, omnes habent aliquo modo iudicari ex amore. Est autem duplex amor, scilicet amor benevolentiae, & amor concupiscentiae. Illud amamus amore benevolentiae, cui volumus aliquod bonum, vel aliquam perfectionem: ipsum autem bonum, vel perfectionem, quam volumus nobis, vel alii amamus amore concupiscentiae.

7 Hoc primum, patet primum propositum sic: Immediatum obiectum amoris concupiscentiae, non est res subiecta distincta a concupiscentie fructu, cum sit delectatio de Deo, & in Deo habito, est quidam amor concupiscentiae: ergo immediatum obiectum fruitionis vel delectationis non est Deus, cum sit res a nobis subiecto distincta, sed aliquis actus, quo a nobis attingitur vel habetur. Vtraq; præmissarum patet. Et primo major inductione & syllogismo. Inductione patet, Diligo vinum dilectione concupiscentiae: nunquid immediatum obiectum istius dilectionis est vinum? certe non, sed visus vini, qui est actus gustatorius, vel gustandi. Non enim diligo vinum immensitate, sed gustare vinum, & idem est in omnibus aliis.

8 Ratione patet idem: illud amatur amore concupiscentiae, quod est bonum, vel perfectio, quam nobis volumus, vel amicis: sed res subiecto distincta, nūquam est bonum nostrum, nisi ratione actus, quo nobis coniungitur sicut nutrimentum: puta panis aut vinum nūquam esset nobis bonum, nisi ratione actus quo nobis coniungitur, cum comedimus aut bibimus: & ipsa coniunctio est bonum nostrum immediatum: ergo res subiecto distincta à concupiscentiae, non est immediatum obiectum amoris concupiscentiae. Et hæc fuit maior. Minor probatur, scilicet quod fructus, quæ est delectatio de Deo, & in Deo habito sit amor concupiscentiae: quia aut est amor concupiscentiae, vel benevolentiae. Non potest dici, quod sit amor benevolentiae, quo volumus aliquod bonum Deo: quia delectatio de Deo habito, respondet desiderio de ipso habendo: sed per tale delectarium non desideramus aliquod Deo, sed nobis: non enim desideramus Deo aliquid habendum ab ipso, (fatum enim esset tale desiderium, cum nihil futurum posset ei aduenire) sed desideramus ipsum habendum à nobis, quod pertinet ad amorem concupiscentiae, quo desideramus nobis aliquod bonum. Hoc etiam Deum habere, vel videre, vel aliquid tale, ergo delectatio de Deo habita, non est amor benevolentiae ad Deum, sed amor concupiscentiae retorta ad nos. Item, amor habens proportionalem ratione obiecti bonum virile, vel delectabile, est amor concupiscentiae: sicut autem est in proposito: habet enim fructus pro obiecto, bonum summum delectabile: ergo, &c. Et sic probata est vtraque propositio: resumatur ergo ratio.

9 Contra hoc tamen obiciunt tripliciter. Primo, contra maiorem illius rationis, probando, q̄ amor concupiscentiae potest pro immediato obiecto habere rem subiecto distinctam ab ipso subiecto cui concupiscitur: quia laus, fama, & honor, sunt res subiecto distinctae ab eo qui laudatur, honoratur, vel famatur, & tamen cadunt sub concupiscentiae. Concupiscentem enim multi famari, laudari, & honorari, & quidam posuerū felicitatem in honoribus, vt patet ex primo Ethic. Secundo instant contra minus rem, probando, quod delectatio non pertinet ad amorem concupiscentiae: quia illud quod principaliter concupiscitur, non est amor concupiscentiae, sed est obiectum ipsius: sed fructus vel delectatio est principaliter concupita: omnes enim appetunt delectari: quare, &c. Item, amor concupiscentiae est propriæ de futuro: sed delectatio est de praesenti. ergo delectatio non est amor concupiscentiae.

10 Ad primum dicendum, quod operatio vnius, potest esse delectabilis alteri, tripliciter: uno modo, inquantum per operationem alium consequitur aliquod bonum: & secundum hoc operations illorum, quæ nobis bonum faciunt, sunt nobis delectabiles, quia bene pati ab alio, est delectabile. Alio modo, secundum quod per operations aliorum efficitur nobis aliqua cognitione vel estimatio propria boni. Et propter hoc homines delectantur in hoc, quod laudantur, vel honorantur ab aliis: quia per hoc accipiunt

*Vide Cate. 38.  
q. 17. art. 5.*

## Magistri Durandi de

accipiunt estimationē, quod in seipso est aliquod bonū. Et quia illa estimatio fortius generatur ex testimonio bonorum, & sapientum, ideo in honoribus horū & laudibus homines magis delectantur. Et quia adulatores est apparet laudator, propter hoc adulatores sunt delectabiles. Tertio modo, operationes aliorū sunt nobis delectabiles, inquantū estimantur ut bonum propriū propter vim amoris, que facit estimare amicū, quasi eundē sibi. Ex quibus apparet, quod nihil extrinsecū est immediatum obiectum delectationis: extrinsecū dico secundū rem, & secundū estimationē. Quod autē dicitur, q̄ quidam posuerunt felicitatem in honoribus, bonum quidē est etiam argumentum, si opinio estet vera, sed falsa est, propter rationem, quā subdit Philos. quod honor magis est in honorante, quam in honorato. Ideo estimans honorē esse bonum suum, decipitur, & sic deceptus delectatur eodem modo, quo aliquis delectatur in aliquo, quod estimat bonū esse: quia voluntas per nullū actum potest tendere in aliquod bonum nisi mediante cognitione. Et ideo, si malū estimetur bonū, & bonum extrinsecū estimetur intrinsecū, potest de vtrōq; esse delectatio sequens falsam estimationem.

Cap. 4. 4. 2. 4. 11. Ad secundum dicendū, quod omnis delectatio pertinet ad amorem concupiscentiae: & quod dicitur in contrarium, quia illud quod principaliter cōcupiscitur, non est amor concupiscentiae, dicendū, quod si ly principaliter, dicat summam & potissimum conditionē obiectū concupiscē: t̄t̄, verū est, quia potissimum obiectū non potest esse aliquis actus concupiscentiae: & hoc modo delectatio non est principaliter concupita, quia non est potissima perfectio nostra, sed potius visio, ut declarabitur, 4. li. Si autem, ly principaliter, dicat conditionē obiectū, non potissimum, sed in comparatione ad quādā alia obiecta, si maior est, falsa: quia nihil prohibet aliquem amorem concupiscentiae putare delectationē illam, de qua loquimur, esse obiectum alterius actus, puta desiderii, & principalius, quā sint multi alii actus: sicut magis desiderio delectari, quā desiderare: & tamen vtrūq; concupiscitur, scilicet delectatio, vt de se pater, & desiderare, secundum illud Psal. Concupiuit anima mea desiderare.

12. Ad tertium, cūm dicitur, quod amor concupiscentiae est solum de futuro, dicendum, quod falsum est. Non enim nomen concupiscentiae est solum de futuro. Licer enim nomen concupiscentiae, secundum vnum, communis accipiat pro desiderio non habiti, tamen secundum rei veritatem conuenit etiam cōplacētia seu delectatio, que habetur de bono habito, & hoc etiam omnes concedunt. Delectatio enim, quā habetur de cibo vel potu gustato, confit & pertinet ad amorem concupiscentiae. Nullus enim sana mensis dicer, quod pertinet ad amorem amicitiae, qui non potest esse ad creaturas irrationales, & sic patet, quod infantiae istae non valent.

13. Secundū pater idem sic. Idem est obiectum desiderii praecedentis, & delectationis sequentis, sicut idem est terminus in qua est quies, & ad quem est motus: sed immediatum obiectum desiderii nō est Deus, sed aliquis actus, quo Deum attingimus: ergo, immediatum obiectum fruitionis, vel delectationis non est Deus, sed aliquis actus, quo Deus attingitur. Maior pater. Sed minor probatur: quia obiectum desiderii est aliquid futurum: Deus autem secundum se, nō est futurus, sed ius visio seu manifestatio nobis est futura: ergo illa visio, seu manifestatio, que non est Deus, est obiectum immediatum desiderii, & etiam Deus, vt in illa includitur, erit obiectum.

14. Contra istam rationē in statu, negādo maiore: quia si idem esset obiectū desiderii & delectationis sequentis, tunc id est obiectū sui ipsius, quia delectatio potest esse obiectū desiderii. Sed ad hoc respondeatur, quod non vniuersaliter ratio assumptis quod idem obiectū sit desiderii & delectationis semper, cum desiderio possit esse obiectū desiderii, non idem numero, sed aliud, & delectatio similiiter. Sed assumitur in ratione dicta, quantum pertinet ad propositum, quod secundum partē, & non vniuersaliter, est idem obiectū possibile: sic scilicet, quod vbi est eadem ratio obiectū extrinseci, in quod tendit & quieticit voluntas per desiderium & delectationem, ibi est illud idem obiectum immediatum & intrinsecum vtrūq;. Et illud non habet aliquam instantiam. Sicut enim desidero vinum

## Sancto Porciano

non habitum, & delector in eo habito, ita quod idem est obiectum extrinsecum desiderii & delectationis, scilicet vinum: sic idem est immediatum obiectum vtrūq;, scilicet guitarre vinum. Et eodem modo in proposito, de desiderio, & delectatione respectu Dei: quia sicut idem est obiectum extrinsecum, oportet, quod sit idem obiectum immediatum & intrinsecum vtrūque, scilicet desiderii, & delectationis.

15. Tertia ratio principalis est ista: sicut se habent desiderium & delectatio ad bonum, sic se habent timor & tristitia ad malum: sed summa tristitia, quā habent damnati, non est de Deo secundum se & immediatē, sed de dolore quem sentiunt, vel magis de carētia visionis diuinæ: ergo summa delectatio, vel iuritio, quam habent Beati, nō est de Deo secundum se immediatē, sed de diuina visione. Sed diceret aliquis, quod non est simile, quia Deus secundū se, non potest habere rationem mali, ideo de Deo, vt sic, non potest esse tristitia: sed quia Deus secundum se potest habere rationem boni: ideo de Deo secundum se potest esse delectatio. Sed illud non valet: quia sicut Deus de se non, habet rationem mali per comparationem ad damnatum: sed solum ratione pœnae, quam infert: ita Deus secundum Cap. 5. se non est bonus Beatis, nisi ratione pœniae, quod infert. T. 1. 1. Quia sicut probatum est, nihil extrinsecum est bonum q. 1. 1. 10. alicuius, nisi ratione alicuius boni intrinseci. 1. Q. 5.

16. Quarta ratio talis est, secundū Philosoph. 10. Ethic. delectationes distinguuntur secundum operationes, quas consequuntur, & secundum eas iudicantur bona vel mala. Hoc ergo intelligitur vel de operationibus, quae sunt prius delectationibus, & non sunt obiectum delectationis, sicut sunt cognitio obiectorum. Tales enim semper precedunt delectationes, quae non possunt esse, nisi de cognitio, nec ramen semper sunt obiecta. Vel hoc intelligitur de operibus, que precedunt, tanquam obiecta. Non potest intelligi primō modo, quia cognitione, que precedit omnem delectationē, nulla delectatio potest iudicari mala: quia omnis cognitionis est bona. Cognitiones etiā malorum bonorum sunt. Oportet ergo, quod intelligatur secundum modo, scilicet de operibus, que precedunt ut obiecta cognitionis. Manifestum est enim, quod obiectum immediatum cuiuslibet delectationis, est aliqua operatio, que est vel efficiatur bonum formale ipsius operantis. Et hoc est, quod dicit Philosoph. 7. & 10. Ethic. quod delectatio est operatio connaturalis non impedita. Et est diffinitio per causam, quia operatio est causa delectationis, nō aliter, quam per modum immediati obiecti.

17. Quinta ratio talis est: ad delectationē duo requiriuntur, scilicet consecutio proprii boni, & cognitionis boni consecuti. Ex hoc sic arguitur: Illud solū potest esse propriū, & immediatum obiectum delectationis, quod est, vel potest esse propriū bonum illius, qui delectatur: sed Deus, & quacunq; res subiecto distincta ab homine, nō potest esse propriū bonū eius: inō nō potest esse aliquod bonum eius nisi ratione operationis per quā attingitur: ergo nec Deus, nec aliqua res subiecto distincta ab homine potest esse immediatum obiectum delectationis humanae. Maior pater, quia nullus delectatur in quocunq; bono, nisi quatenus estimat illud esse suum aliquo modo. Vnde Philosoph. 8. Ethic. dicit: Amabile quidem bonū, vnicūq; autem primum. Ad cognitionem enim boni secundū se, que est species culativa, nulla aferit sequitur. Hanc etiam positionem omnes Doctores tenent, & scribunt. Minor probatur: quia secundum quando aliquid dicitur tale per denominationem extrinsecū, & aliud dicitur per denominationē formalem, nullo modo potest conuenire alicui, nisi ratione formalis denominationis. Verbi gratia, sanum dicitur per denominationē formalem, id quod dicitur de Medicina, de dieta, & de animali: sed de medicina, & dieta, per denominationē extrinsecā, de animali vero per prædicacionem formalem. Et ideo nec Medicina, nec dieta potest dici sana, ratione sanitatis que est in animali formaliter. Similiter aliquid potest dici bonum homini, per denominationē extrinsecā, quae est causa alicuius bonitatis in homine: sicut Sol est bonus frigescēti, quia causat in eo calorem, qui formaliter est bonus ei. Nec vñquā potest dici Sol bonus frigescēti, nisi ratione caloris, qui est ei bonus formaliter. Nunc est ita, quod Deus non potest esse

Infrā in  
2. 4. 28. q. 1.

esse bonum hominis formaliter, nec quae cung res ab homine subiecto distincta, sed solum per denominationem extrinsecam, qualiscumq; sit illa: ergo esse bonū hominis, non potest competere Deo, nisi ratione bonitatis formalis, quae est in homine formaliter. Imo plus, quod sicut nō est alia sanitas numero, quā sanitas quae est in homine formaliter, & sanitas à qua denominatur medicina sana; sed est una & eadem: sic non est alia bonitas qua Deus dicitur bonum hominis, vel ignis bonus frigescens, quā bonitas, per quam Beatus est bonus formaliter, & bonitas, quae frigescens dicitur bene habere formaliter. Et sic patet minor: sequitur ergo conclusio principalis, scilicet quod Deus secundum se non est immediatum obiectum delectationis, sed aliquis actus, quo à nobis attingitur vel coniungitur.

18 SE C V N D V M paret: quia oportet actum quietantem voluntatem, esse perfectissimum summa perfectione ne possibili haberi naturę humanae. Alioquin restaret aliquid desiderandum, & non esset quietes: sed actus, quod fruimur, sicut immediato obiecto, quietat voluntatem, vt paret ex nomine fruitionis: ergo oportet illum actum esse perfectissimum perfectione possibili haberi à natura humana, sed summa perfectione possibili haberi à nobis est, quod per actum nobilissimam potentiam in nobis attingamus nobilissimum obiectum, quod est Deus: Ergo actus, quo sicut immediato obiecto fruimur, habet Deum pro obiecto proximo & immediato, & per consequens ipse Deus est obiectum remotum fruitionis.

19 Et ponitur tale simile. Delectatio secundum gustum sicut habet pro immediato obiecto actū gustandi, sed pro remoto cibum gustatum: sic fruictio habet pro immediato obiecto, visione dei, sed pro remoto ipsum Deū, quatenus est obiectum proximi obiecti. Vtrumq; istorū inuit Ari-storeles. 2. Rhe. vbi dicit, q; fruibile est, ex quo nos aliud quid dignum, prater vistum, queritur. Ecce fruibile vocat remotum obiectum. Vsum autē vocat actum, quo attingitur qui est immediatum obiectum. Vtrumq; enim horum queritur, vnum mediante alio: & vtrumq; fruendo delectamur. Sed quia obiecta sunt notiora actibus, auctis autem sumunt rationem ab ipsis obiectis: ideo Beatus Aug. Ios quens de his quibus fruimur. lib. de Doctr. Christi dicit quod res, quibus fruendum est, sunt Pater & Filius, & Spiritus sanctus: non quidem excluding actum, quo hæc cognoscuntur, cū prius dixerit, quod illæ res, quibus fruendum est, nos beatos faciunt. Efficiunt autem beatū Deo obiectū, ipso autē actū, quo Deum videmus, sumus beatū formaliter. Sed hoc fit propter principalitatem obiecti respectu actus.

20 Sed cōtra hoc arguitur: Quod voluntas nullo actū suo, nec desiderio, nec delectatione, potest ferri, nisi in illud, quod est cognitū obiectū. Si ergo fruictio non habet Deū pro immediato obiecto, sed cognitionē, vel visionē Dei: sequitur, q; ad fruendum necessariū est, q; non solum videamus deum, sed etiā cognoscamus nos videre Deum. Et ita fruictio non sequitur actum simplicē, quo videmus Deum, sed reflexum, quo videmus nos videre Deū. Istud autem videtur inconveniens: primo, quia actus intellectus reflexus, magis de propinquō se haberet ad beatitudinem, quam fruictio, eo quod fruitionem precederet. Quod non videtur, cum multi ponant, quod fruictio pertinet ad beatitudinem essentialiter, etiā non principaliter, sed viro: quidam vero principaliter: pauci aut nulli ponunt, quod actus reflexus pertinet essentialiter ad beatitudinem. Secundo, quia appetitus concupiscentia respectu cibi, est nō solum in hominibus, sed etiā in brutis. In brutis autē immediatum obiectum concupiscentia est cibus, qui est subiecta distinctus, & non actus eorum, puta gustandi. Ergo idem potest esse in nobis, scilicet, q; obiectum immediatum fruitionis poterit esse Deus, nō obstante quod sit subiecto distinctus. Minor probatur: quia concupiscentia non est nisi respectu cogniti. Sed bruta non cognoscunt actum suum, sed solum extrinsecum obiectum, quia potentia, quae sunt in brutis, cum sint omnes corpore & organicae, non sunt reflexus super actus suos. Ergo nō delectantur de actu suo, sed immediato de extrinseco obiecto. Quare, vt videtur, idem poterit esse in nobis, respectu Dei. Et dicendum ad hæc.

21 Ad primū, quod delectatio, quā Beati habent de Deo, supponit nō solum actū simplicē, quo cognoscimus Deū, sed & reflexum, quo cognoscimus nos videre Deum. Et idem est de omni delectatione, quae est respectu eorū, quae non habetur, nisi quia cognoscuntur: ita q; in his habere, non sit aliud, quā cognoscere. Et ratio dicta fuit prius, nec oportet repeter. Et quando arguitur primo, quod tunc actus reflexus magis de propinquō se haberet ad beatitudinem, quam fruictio: dico, quod verum est. Nam forte idem actus per essentiam est, quo beatū videt Deum, & videt se videre Deum. Sed ut ferrur in Deum, dicitur rectus, vt autem fertur in visionē Dei, dicitur reflexus. Et si hoc est verum, tunc actus reflexus, secundū id quod est essentialiter, pertinet ad beatitudinem, fruictio autē nunquam. Si autem actus reflexus sit aliud ab actu recto, adhuc magis de propinquō se habet ad beatitudinem, quam fruictio: tum quā fruictio procedit: tum quia perficit beatitudinem perfectione eiusdem generis, scilicet quo ad cognitionē. Nec enim omni modo est perfecta cognitionē, quia quis cognoscit rem aliquam per actum rectum, nisi perpendat se cognoscere eam: quod fit per actum reflexum. Fruictio autem perfecta beatitudinem perfectione alterius generis, scilicet delectatione. Propter quod, licet vtrumq; perfectas beatitudinem accidentaliter, magis tamen de propinquō actu reflexus, quam fruictio. Et quod dicitur, fruictio pertinet ad beatitudinem essentialiter, vel principaliter, vel saltem secundariō, credo quod non sit verum: cum Deus non sit obiectum immediatum fruitionis, sed aliquis actus creatus: ideo essentia beatitudinis non includit fruitionē, nec primū, nec secundariō.

22 Ad secundū dicendum, quod bruta nō solum cognoscunt exteriorū obiectū, sed etiam actum propriū, sive per eandem potentiam, cuius est actus, sive per aliam. Sicut enim non solum videmus colorem exteriorē, sed perpendimus nos videre, & hoc per eundem visum, aut per sensum communem: sic etiam bruta, in quibus sunt perfectas potentias sensitivæ, forte omnes, sicut magis confusa & indistincte. Et ideo falsum est, quod assumit ratio, scilicet, quod bruta non cognoscant actum suum: cognoscunt enim, & in ipso cognito delectantur.

23 Ad rationes principales dicendum est: ad primā, cū dicitur, q; capacitas voluntatis, cū sit finita, posset impleri per aliquid finitū: dicendum, q; verū est informatiū. Vnde tam delectatio voluntatis, quā cognitionē intellectus Beati, est aliquid finitū, quibus capacitas intellectus, & voluntatis, terminantur informatiū: sed illud, quod terminat capacitatē eorum obiectū, oportet esse infinitum. Cuius ratio est, quia obiectū intellectus, est ens secundum communem rationē entis: & obiectum voluntatis, est bonum secundum communem rationē boni. Et ideo nūl potest simpliciter terminare capacitatē intellectus & voluntatis obiectū, nisi habeat aliquo modo rationem omnīs entis, & omnīs boni: & omni rale est infinitū: sed hoc inter intellectus & voluntates, quia intellectus rale obiectū recipit immediatum, voluntas autē mediante intellectu. Et hoc dupliciter, secundū duos actus voluntatis, quā sunt amor benevolentiae, & amor concupiscentiae. Nam secundum amorem benevolentiae fertur voluntas in Deū cognitū obiectū, non autē in ipsum cognoscere: ita quod cognoscere praecedat diligere, sed non est eius obiectum, nec pars obiecti. Sed secundum amorem concupiscentiae fertur in Deū cognitū, & in ipsum cognoscere obiectū: quia Deus non potest esse immediatum obiectum amoris concupiscentiae. Sed hoc est aliquis actus, quo à nobis attingitur, hoc est cognoscere: tamen quod talis actus terminat capacitatē voluntatis, hoc habet ratione obiecti, quod est infinitum.

24 Ad secundū argumentum, cū dicitur, quod illud, quod amat propter aliud, non est obiectum fruitionis, verum est, si amat propter aliud, quod fit diligibile amorem concupiscentiae: quia in tali non quietatur voluntas concupiscentiae, ad quam pertinet fruictio, sed aliud ultra queritur: sed illud, quod amat propter aliud, quod diligitur amore amicitiae, vel benevolentiae, bene potest esse obiectum fruitionis. Cuius ratio est: quia illud, quod amat amorem concupiscentiae, semper amat propter illud, quod amat amorem benevolentiae. Est enim aliquod bonum.

## Magistri Durandi de

vel aliqua perfectio, quā volumus nobis, vel amico. Vnde ipsa beatitudinem creatā, quā immediatū est obiectum fruitionis, diligimus propter nos. Et plus debemus nos diligere, quā ralem beatitudinē, cum sit quēdā perfectio nostra accidētā. Et cum dicitur, q̄ Deus amat propter aliud, dicendum, quod aut loquens de amore benevolentie, & tunc hoc est falsum, nec est ad propositum. Falsum quidem est, quia de ratione amoris benevolentie, non solum respectu Dei, sed etiam cuiuscunq; alterius, est quod illud diligatur propter se, etiam si nihil commodi deberet diligēti inde prouenire. Propter quod dicere, quod Deus diligatur amore benevolentie, & tamen propter aliud, non solum est falsum, sed etiam videtur implicare contradictionem. Item non est ad propositum, quia obiectū frui-  
tions, de quo querimur, vt sic non amatur amore bene-  
volentie, sed concupiscentie, vt probatum fuit. Si vero lo-  
quaris de amore concupiscentie, sic adhuc illa minor est  
falla: quia Deus secundum se non amatur amore concu-  
piscentie, sed actus quo attingitur: Deus autem solum in  
illo actu includitur. Et quod additur, quod ei licet feri-  
tur propter mercedem, dicendum, quod ferire Deo pro-  
pter mercedem, sc̄ principali causa sit merces, illiciunt  
est: quia Deus est honorificandus. Ipsi enim est obedien-  
dum & seruendū, etiam si nihil mercede debemus inde  
habere: quia etiam hoc faciendo, non possumus reddere  
equivalens. Si autem ex hoc q̄ seruimus Deo, expecta-  
mus mercedem, non tanquam principali causa seruire,  
quia ab ea mercede seruiremus, & obediremus Deo, licet  
cum est. Sed esto, quod licitum esset seruire Deo principa-  
liter propter mercedem, tamen non sequeretur, quod di-  
ligeremus Deum propter aliud, sed solum quod diligere-  
mus seruum impētum Deo propter remuneracionē  
habendam ab ipso.

3. Ad argumentum alterius partis dicendum, quod proximum obiectum fruitionis est ultimus finis, qui est ascensio rei: sed remotum est finis ultimus, qui est res ase-  
cuta. Licit autem Deus sit ultimus finis noſter, secū-  
do modo: tamen primo modo aliud à Deo potest esse ul-  
timus finis, & immediatum obiectum fruitionis.

### Q. VAE S T I O T E R T I A.

Vtrum vti sit actus intellectus.

*Thos. 2. q. 16. art. 1. q. 1.*

**C**irca secundū primō queritur, cutis potentia sit vti. Et videtur, quād intellectus: quia secundum Philo-  
phum. Eticic ordinare aliqua in finem, & inueniō finis,  
pertinet ad prudētiam, que est habitus intellectus: sed  
vti, est aliquid ordinare, vel referre in finem, vt patet per  
Aug. i. de Doctrina Christiana: ergo vti, est actus intel-  
lectus.

2. Item, eiusdem potentia actus est vti, & vſus sicut frui,  
& fruitio: sed vſus potest dici actus cuiuslibet rei: sicut di-  
cimus, quod vſus cultelli est scindere, & vſus eis equi-  
tare, & sic de aliis: ergo vti est actus cuiuslibet rei.

3. IN CONTRA RIVM est, quod dicit Aug. 10.  
de Trinitate, quod vti est assumere aliquid in facultatem  
voluntatis. Et arguit ratione sic: Cuius potentia est ob-  
iectum, eiusdem est actus, qui cadit super illud obiectum.  
Cuius ergo potentia obiectum est vtile, eiusdem actus est  
vti. Sed vtile est obiectū voluntatis. Ergo vti est eiusdem  
voluntatis actus.

4. R E S P O N S I O. Primō p̄mittenda sunt duo: &  
postea solvetur quaestio. Primū p̄mittendū est, quod  
cum queritur, cuius potentia sit vti, intelligitur cuius po-  
tentia sit, tanquam immediate elicentis, & non solū, tan-  
quam imperantis. Cum enim voluntas moueat omnes po-  
tentias ad actus suos, actus omnium potētiarum sunt im-  
perantia voluntate. Propter quod, si qua: ē do de actu quo-  
cunq; qui subest libero arbitrio, cuius potentia sit, intelli-  
geretur de potentia imperantia, facilis esset, & eadem res-  
ponso ad omnes tales questiones, dicēdo, q̄ omnes actus  
sunt voluntatis. Hac autē non est intentio querentium,  
sed est querere de potentia elicente actuū immedietā:  
que est diuerſa secundum diuerſitatem actuū.

5. Secundō p̄mittendum est, quid vocatur vti: videtur  
autem vti importare applicationē rei ad aliquam opera-  
tionem. Sicut enim vſus nominat operationē, ad quam  
Nunquā ergo  
dīberi, quod  
aduerſatur di-  
cendis in 4.  
dīſt. 40. 1. 4.

## Sancto Porciano

res applicatur (verbi gratia). Scindere est vſus cultelli: &  
percūtere vſus baculi) sic vti est applicare rem suo vſui, &  
est simile. Sic enim videtur se habere vti ad vſum, sicut  
mouere ad motum: mouere autē est cauſare motum; ergo  
vti est cauſare vſum. Et in hoc tamen est differētia, quia  
mouere naturaliter, sicut liberē. Sed viens non est propriē,  
nisi quod cauſat vſum liberē, dicente Aug. lib. 8., quæst.  
quod vti nō potest, nisi quod rationis est particeps; tale au-  
tem cauſat vſum inclinando, & applicando rem suo vſui.

• His autem suppositis, dicendum, quod vti est propriē  
actus voluntatis elicentes, nec est alterius potentia, nisi  
secundū quid, & per attributionem ad voluntatē. Quod  
patet tripliciter, primō sic: Illius potentia actus est vti, cu-  
ius est liberē applicare res alias suo vſui. Hoc patet ex pre-  
cedentibus. Sed voluntas est huiusmodi. Ergo, &c. Minor  
declaratur applicamus enim ad operationem & principia  
interiora, agendi scilicet, ipsas potentias animae, & mem-  
bra corporis, vt intellectum ad intelligentiam, oculum ad  
videndum, & etiam res exteriores, vt baculum ad percus-  
tiendum, sed res exteriores non applicamus ad operatio-  
nes, nisi per principia intrinseca, quæ sunt potentias ani-  
mæ, vel organa corporis. Ipsa autem potentia, vel mem-  
bra corporis, seipſi non applicantur liberē ad operatio-  
nes: sed casu aut necessitate quantum ex ipſis est: quis  
quid autem est ibi liberē applicationis totum est volun-  
tatis quæ habet dominium super omnes potentias. Ideo  
vti propriē est solius voluntatis.

7. Secundō sic: ad eandē potentia pertinet actus, & actus  
modificatus, sicut ad eandē potentia pertinet cōcupiscentie  
& moderata cōcupiscentie, vel inmoderata: ergo ad eandē  
potētiā pertinet vti, & bene vti, vel abuti. Sed bene vti,  
vel directe, & propriē, pertinet ad voluntatē: ergo, & vti.  
Maior patet: sed minor probatur: quia rectē agere, & pe-  
ca direcētē pertinent ad voluntatē: sed August. lib. Re-  
trationum, dicit, quod voluntas est, quæ peccatur, & rectē  
viuitur: sed tam bene vti, quam abuti, directe & propriē  
pertinent ad voluntatē: ergo, &c.

8. Tertiō sic: eiusdem potentia actus sunt frui, & vti: sed  
frui est actus voluntatis: ergo & vti. Minor patet ex pre-  
cedenti questione: sed maior probatur: quia vel frui inclu-  
dit vti, sicut inferius suum superius, iuxta illud Augu. 10.  
de Trinitate, frui est vti cum gaudio, non adhuc spei, sed  
rei, vel si se habet ad frui, sicut voluntas eorum, quæ sunt  
ad finem, se habet ad voluntatē finis, iuxta illud quod  
iterum dicit Augu. 10. de Trinitate. Utimur eis, quæ ad  
illud referimus, quo fruendum est. Quicquid autē horum  
detur, semper frui, & vti, pertinent ad eadēm potentiam,  
vt de pareat: quare, & c.

9. Ad primum argumentum dicendum, quod ordinare  
vnū ad aliud per modum dirigenſis, pertinet ad ratio-  
nem: sed tendere in illud, quod est per rationem ad aliud  
ordinatum, & inclinare potentias alias ad illud exequen-  
dum, pertinet ad voluntatē: & hoc est vti, non autem  
primum.

10. Ad secundū dicendū, quod licet frui, & fruitio, sine  
eiusdem potentia, non tamen vti, & vſus, semper: quia  
est aliud, quā habere in se deflationē: & ideo nō est po-  
ſibile, quod alterius potentia sit frui, quā eius, cuius sub-  
iectū est fruitio. Vt autē, & vſus, le habent aliter: quia  
vti est liberē, & cū prædominio applicare rem ad aliquem  
vſum, vel operationē, & non est habere in se illum vſum,  
vel illam operationem, sed eam cauſare in aliis potētiis,  
modo quo dictū est: nisi forte vſus acciperetur strictē pro  
actū prædominante, sicut dicimus q̄ dominus vtiuit ser-  
uo, & non econseruo. Hoc autem modo vti, & vſus essent  
solius voluntatis, quæ sicut regina, in regno animæ domi-  
nū habet super ceteras potentias, & actus earum.

11. Ratio autem in oppositum, licit sit ad partem vera,  
tamen deficit in hoc, quod assumit, quod vtile sit solum  
obiectum voluntatis. Hoc enim non est verum: quia om-  
ne, quod est obiectum voluntatis, & cuiuscumque appeti-  
tus sequens cognitionem, prius apprehenditur à potē-  
tia cognitiva sub eadem ratione, sub qua postmodum of-  
fertur appetitus: vnde ipsum bonum vtile prius appre-  
hendit intellectus practicus, quā in ipsum feratur voluntas.

Propter

Vt iſt  
attī vol-  
tari ſim  
pliater.

### In Prolog. Sententiārum

Prōpter quod, ex tali obiecto, in quod ordine quodā feratur duplex potentia, non potest argui, quod actus cadens super ipsum sit magis vnius potentiae quam alterius.

#### Q V A E S T I O Q U A R T A .

Vtrum omnibus, circa Deum, sit vtendum.

*T h o . 12 . q . 16 . a r . 3 .*

**S**ecundūm quāritur, cuius sit vti, tā quā obiecti : vtrum scilicet omnibus, circa Deum, sit vtendum. Et videtur, quod non: quia vti est assumere, aliquid in facultatem vōluntatis: omnis autem rale subiaceat nostrae operationi: sed non omnia subiaceant nostra operationi; ergo non omnibus est vtendum.

2 Item, vīsus est ab habitu charitatis: sed charitas non se extēndit ad omnia creatūra, sed tantū ad quartū, secundūm Augu. ergo non omnibus vtendum est.

**C O N T R A** prima ad Cor. 10. dicitur, Omnia in gloriam Dei facite. Et Beatus Aug. dicit: i. de Doct. Chri. quod illis vtendum est, quibus tendētes ad beatitudinem adiuuamur: sed omnes creature iuuant nos ad cognoscēdum Deum, in quo sūstā nostra beatitudo: ergo monibus creaturis est vtendum.

**R E S P O N S I O .** Circa quāstionē istam primō scindēt, q̄ vti duplicitē fūnitur à Beato Aug. à quo hāc materia videtur deriuata: Quandoq̄ enim vti sumitur largē, prout dicit tantū applicationē cūnīscit pōtentia per suam operationē ad quodcumq̄ obiectū: & sic vti est commune ad vti propriē dictū, & ad frui. Nam in fruitione, saltem vti, sit libera applicatio voluntatis per suum, vel operationem, ad suum obiectū. Et sic loquitur Aug. 10. de Trin. dicens, Fruī est vti eūm gaudio, non iām spē, sed rei. Et subiungit, ideoq̄ omnis qui fruītur, vtitur. Et in hoc sensu non procedit quāstionē. Alio modo fūnitur vti, propriē & distīctē, prout distinguuntur contra frui, & sic vti, est applicare rem vīsus, vel operationē propter aliud aliud viterius obtinendum. Et sic loquitur Aug. 1. de doct. Chri. dicens sic: Fruī est vti eūm gaudio, non iām spē, sed rei. Et subiungit, ideoq̄ omnis qui fruītur, vtitur. Et hoc sensu non procedit quāstionē. Alio modo fūnitur vti, propriē & distīctē, prout distinguuntur contra frui, & sic vti, est applicare rem vīsus, vel operationē propter aliud aliud viterius obtinendum. Et sic loquitur Aug. 1. de doct. Chri. dicens sic: Fruī est amore inlātere aliud rei propter seipsum: vti vīsus, est id, quod in vīsum venit, referre ad obtinēdum illud, quo fruēndū est. Et idem dicit. 10. de Trini. Et acceptio hāc videtur magis propria. Nam vīlia dicunt, quē sunt magis expedientia ad finem con sequendū.

5 Sic ergo accipiendo vti, dicenda sunt duo: primū est, quod vti non est vītūm finis, tanquam obiecti. Secundūm est, quod vti potest esse omnium aliorum, quē sunt circa vītūm finem. Primum patet breuiter ex ratione ipsius vti statim posita: quia illud non est vītūm, quod ordinatur ad aliud obtinendum: sed omne illud, quo vītūm ve obiectū, ordinatur & refertur ad aliud obtinēdum: ergo obiectū ipsius vti, non est vītūm finis.

6 Secundūm patet, scilicet quod omnibus, quē sunt circa finem vītūm, sit vtendū ad quod probandum, scindū est, quod cum vti est assumere aliquid in facultatem voluntatis, refe. Et ceteris illud ad vītūm finem: nihil autem sit in facultate voluntatis, nisi actus nostrū, & illi tantūm, qui subiunt libero arbitrio, alia autem nō, nisi vt cadunt sub actibus nostris: propter hoc dico, quod omnibus est vtendum primo, vel secūdo modo. Primo quidēmodo vītūm actibus nostris, vel potius potentia actū. Secundūmodo autem modo vītūm obiectū poterantū, & actū. Hoc autem patet sic: Omnibus illis est vtendum, que casdere possunt sub facultate voluntatis referentis ea ad aliud aliud viterius obtinendum: sed omnia quē sunt circa finem vītūm, casdere possunt sub facultate voluntatis referentis ea ad aliud viterius obtinendum: ergo, &c. Major patet ex propria ratione ipsius vti. Sed minor probatur: Quia omne, quod est circa finem vītūm, est cognoscibile à nobis secundūm vīres apprehensionis, vel proficiibile vel fugiibile secundūm vīres appetitivās, vel operabile secundūm vīres executivās: sed sub voluntatis facultate cadunt omnes vīres animāe apprehensionis, appetitivās, & motivās, & executivās, vt apparetur suis actibus, & obiectis. Et vī referantur ad aliud aliud obtinendum, si sine talia, quē sunt circa finem vītūm, ergo omnia, quē sunt circa finem vītūm, casdere possunt sub facultate voluntatis, referentis ea ad aliud viterius obtinendum. Et ita

### Quāstio. III.

ominibus, quē sunt circa finem vītūm, est vtendum, nūl quod voluntas per se & immediate vtitur poterit is, quās ad actus applicat: aliis autem, quatenus cadunt sub actib⁹bus potentiarum:

7 Ad maiorem autē declaratiōnē eorum, quē dictā sunt, notandum, quod omnia, quē sunt circa finem vītūm, sunt bona, vel mala. & rūtūs malorum quādā mala pōna, quēdā mala culpa. De bonis, siue sint bona nature tantum, vt res creatā, siue sint bona moris, vt actus virtuosi, quod omnia sint referibiliā in finē, patet: quia sicut diuina potentia nominat principiū actuum, sic bonitas finē: fed omne bonum creatum est à diuina potētia, sicut à principio effectiū: ergo omne bonum creatum ordinatur ad bonitatem diuīnam, tanquam ad finē: & sic ad eam referible est.

8 De malis vīrō pōna, idem patet, quia illo vtendum est, quo tendentes ad beatitudinem adiuuamur: sed mala pōna iuuant nos ad tendēdum in beatitudinem, dicente Greg. quod mala, quē nos hic p̄munt, ad dominum nos īre compellunt. Et Philos. 2. Erhic. dicit, quod pōna sunt medicina. Sanant enim mentem à morbo peccati, & per consequens, disponunt hominem ad virtutem, per quam ordinamur in Deum: & propter hoc infliguntur à Deo, qui est summus Medicus. Vnde in Psal. dicitur, Multiplicata sunt infirmitates eorum; postea accelerauerunt. Ergo mālis pōna est vtendum.

9 De malis autem culpā alia ratio est. Deordinat enim à Deo: propter quod non videntur referri in Deum. Sed quia scriptum est Rom. 8: Diligentibus Dēū omnia cooperantur in bonum: & glossa hoc verbū extendit ad mala, dicens. Vt si aliqui deviant, & exorbitat, hoc ipsum faciat eis proficerē in boni, quia redeunt humiliores, & doctiores. Ideo aliter dicēdum est, scilicet, q̄ illud, quo vītūm, dicitur multipliciter: quo, vt potentia vītē & hāc est vītūs, vt patet ex p̄cedenti quāstionē: quo, vt habitu, & hāc est charitas, rem quā omne quod diligitur, in Dēū refertur: quo, vt actū formalī, & hoc est ipsum vti. Et neutrō istorum modorū vītūm peccato: quia peccatum nō est potentia, nec habitus. Est autem actus, sed deordinatus à fine: propter quod non est vīsus, propriē loquēdo, sed abusus. Et hoc modo procedit instantia facta. Alio modo vītūm aliquo, vt obiecto tantū: & sic quārīmus nūc: & hoc modo possumus vīsus peccato, non quidē peccando, quia peccati non solum est obiectū, sed actus: sed refendo peccati, ab alio, vel a nobis cōmīsum, ad vītūtē nostrā: non quic̄ ē per causam, sed per occasiōnē. Et hoc sufficit ad vīsum. Nam & Deus hoc modo vītūm mālo, vt dicit August. in Ench. quod cūm sit Deus summē bonus, nūl modo sinneret māla fieri, nisi sciret ex mālis bona elicere. Sic ergo homo potest mālo culpā vti obiectū, inquantum ex peccato, à se, vel ab alio commisso, cognita propria fragilitate, efficitur cautor, & humilior.

10 Circa autē ea, quē dictā sunt, restat vīnum dubium. Dicēdum est enim, quod omnibus illis est vtendum, quē possunt eadē sub facultate voluntatis referentis ea ad vītērōm finē. sed Deus, vt cognitū cognitione vīa, & dilectū dīlēctione vīa, cādit sub facultate voluntatis imperantis hos actus, & ordinantis ad consecutionē vītērōm finē, scilicet beatitudinis: ergo, vt videtur, Dēū vtendum est, saltem, vt cādit sub actū cognitionis & dilectionis vīa. Quod est contra p̄dicta. Dicēdum est enim, quod vītēm fine non est vtendum. Et dicēdum, quod īcēt cognitionē Dēī in vīa, & dilectio eius, possint ordinari ad obtinendum aliud ab itis operationib⁹s, non tamen referuntur ad obtinendum aliud ab obiectō cognito, & dilecto, sed ad obtinendum idem, per aliam tamen operationem. In aliis autem à Deo, secūs est. Sic enim cadunt per aliquam operationem sub facultate voluntatis, vt referantur & ordinantur ad obtinendum aliud, non solum ab operatione, sed ab obiecto, propter quod vītūm aliis à Deo, & non solum operationib⁹s, sub quib⁹s cadunt, Deo autem non vītūm, quānq̄a vītūm operationib⁹s, sub quib⁹s cādit.

11 Est etiā adūterendū, propter ea quē dictā sunt in ista; & in p̄cedenti quāstionē, q̄ differt habere actūm absolute, & actūm modificatiū secūdum regulā rationis. Vnde differt dicere, quod voluntas vītatur, aut fruatur absolute;

&

**Magistri Durandi de**  
¶ quod vitatus, aut fruatur eodem modo, quo debet secundum regulam rationis. Secundum enim primum modum, frui potest esse respectu finis praesertim, non tamen debet esse finis secundum veritatem: & utriusque aliquorum, que non debite ordinantur ad finem. Et secundum hunc intellectum non est dandum, quod frui sit tantum ultimi finis: & utriusque sit tantum eorum, que pertinent ad finem: quia multi fruuntur veendis, & veendum fruendis, que est summa perueritas, ut dicit August. Sed si accipiatur frui & utriusque secundum regulam rationis, quod est scilicet voluntas fruuntur & videntur eo modo quo debet: sic frui est semper ultimi finis, & utriusque que debite fruuntur in finem.

12 Ad primum argumentum dicendum, quod omnia subsum nostrae operationi secundum aliquam vim animae, ut dictum fuit in corpore questione, secundum quam operationem referunt postulat ad vterionem finem: & sic videntur est eis.

13 Ad secundum dicendum, quod licet charitas extendat se tantum ad quatuor, tamen extendit se ad omnia alia, in quantum postulat nos innare ad consequendum beatitudinem.

**Divisio literarum. 1. Distinctionis.**

**H**oc itaque vera, & ipsa fide. Superioris Magister inquisit, de quibus agendum est in hoc opere, hic perficitur suam intentionem: & secundum ordinem supradictum primum determinat de rebus: secundum de signis sacramentalibus, in principio. 4. lib. ibi, Samaritanus. Secunda pars diuiditur in tres: Primo determinat de rebus, quibus fruendis est: secundum de rebus, quibus videntur est: tertio de virtutibus, per quas fruuntur, & de verbo incarnato, per quod huiusmodi virtutes infunduntur. Secunda pars incipit ibi, in principio. 4. lib. creationem rerum. Tertia ibi, in principio. 5. lib. Cum vero venerit plenitudo, Prima adhuc in duas. Primo enim inquirit vnitatem diuinæ essentie, & pluralitatem personarum, quae est causa & ratio exitus creaturarum cum essentia diueritate. Secundo determinat de diuinis attributis, quibus describitur creaturarum causalitas. Secunda ibi, in prin. 5. distin. Cumq[ue] supradictum. Prima diuinitur in tres partes, Primo enim inquirit trinitatem personarum in vnitate essentiae: secundum removet quoddam questiones incidentes: tertio prolegitur determinationem trinitatis & unitatis diuinæ essentiae. Secunda ibi, in prin. 4. dist. hic expositur quodlibet. Tertia in principio. 8. dist. ibi, nunc de veritate. Prima adhuc diuiditur in duas. Primo inquirit trinitatem personarum in vnitate essentiae per autoritates: secundum per rerum similitudines. Secunda in principio. 8. dist. ibi, Apostolus namque ait. Prima est presentis letacionis. Et diuiditur in tres partes. Primo proponit intentum, secundum ostendit modum inuestigandi per auto ritates Veteris testamenti: tertio per autoritates Novi testamenti. Secunda ibi, proponamus modum in medium. Tertia ibi, nunc vero post testimonia. Prima diuinitur in tres, secundum quod modum inuestigandi ostendit quantum ad tria: primo quantum ad inquirendum conditionem: secundum, quantum ad eorum intentionem: tertio, quantum ad inquirendi ordinem. Secunda ibi, omnes autem Catholicos. Tertia ibi, ceterum in primo lib. Secunda pars principalis, in qua ostendit propositum per autoritates Veteris testamenti, diuiditur in tres partes. Primo ostendit spiritus, equaliter essentia vnitatem, secundum communiter essentia vnitatem & personarum distinctionem: tertio, spiritualiter personarum distinctionem, scilicet processionem filii a Patre, & Spiritus sancti ab utroque. Secundum ibi, personarum quoque principalitatem: tertium ibi, dicendum quoque, &c. Pars vero principalis, in qua ostendit per autoritates Novi testamenti, diuiditur in duas partes. Primo enim ponit intentum. Secundum excusat se de paucitate autoritatis in ductarum. Secunda ibi, & quia singulariter posse in simile. Hæc est divisio sententiarum in generali.

2 In speciali autem sic Magister procedit. Primo ponit, quod diuina trinitas est unus Deus, & summum bonum. Secundo tangit modum inuestigandi, quantum ad acquirendum conditionem. Et primò, quantum ad ipsam puritatem, que necessaria est, quantum ad tantæ veritatis

**Sancto Porciano**

contemplationem: unde dicit, quod hoc est summum bonum, scilicet trinitas que per fidem a mentibus purgatis sumis certitur. Cuius etiam tanta est excellētia, quod secundum Augustinum nec alicubi periculofius erratur, nec laboriosius aliud queritur: nec fructuosius aliud inuenitur. Secundò, quantum ad reverentiam & attentionem, quia cum modestia & attentione de ipsa agendum est. Tertiò, in quantum ad mutuam charitatem, quia unus interdiget auxilio alterius propter difficultatem materiæ. Unde auditori summe expedit humilitas in dubitando, & in inquiringendo: & male dicta corrigendo. Deinde tangit modum inuestigandi, quantum ad inquirendum intentionem, dicens, quod secundum omnium catholicorum sententias tres personæ in diuinis sunt unius substantiae, & inseparabiles æquitate: & sunt unus Deus naturaliter: nec est ibi aliud, & aliud, sed unus est aliud ab altero. Et hoc tangit Augustinianam. Postmodum tangit modo inuestigandi, quantum ad inquirendi ordinem. Et dicit, quod primo veritatem vult confirmare per autoritates, secundò per rationes & similitudines, propter garrulos disputationes. Postea ostendit veritatem essentiae, & pluralitatem communiter & specialiter per autoritates Veteris testamenti, dicens, cum dixerit Deus Gen. i. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Per hoc, quod dicit, faciamus, & nostram, ostenditur pluralitas personarum: per hoc quod dicit, ad imaginem, ostenditur unitas essentiae: quia secundum Hilarium, ubi est imago & similitudo solet esse unitas charitatis. Hoc habito, addit quatuor alias autoritates ad probandum trinitatem personarum, & unitatem essentiae, non exprimentes aliquam certam personam. Deinde adducit autoritates, exprimentes certas personas, scilicet Filii, & Spiritus sancti. Autoritates patentes in litera. Hoc idem etiam ostendit per autoritates Novi testamenti, qui patet in litera. Ultimò excusat se, quod plures autoritates non inducit de Novo testamento, quia totum est plenum talibus, in penè omnes novi testamenti hoc insinuant. Et ita in hoc terminatur sententia huius dist. in speciali.

**QVÆSTIO PRIMA.**

Vtrum sit unus Deus.

Tho. I. q. II. art. 1.

Cura distinctionem istam queruntur tria: primum est, de unitate essentiae diuinæ: secundum est, de pluralitate attributorum: tertium est, de pluralitate personarum. Quantum ad primum, queritur, vtrum sit tantum unus Deus: & arguitur quod non, quia magis & minus tale, dicuntur per reductionem ad aliquod quod est summe tale: sed in rebus est dare aliquid magis malum, & minus malum: ergo est dare summe malum: sed summe malum non potest causari a summo bono, ut probatur: ergo sicut est dare summe bonum, & a nullo causatum, & causam omnium bonorum: ita, ut videtur, est dare summe malum, a nullo causatum, & causam omnium malorum: & si erum duo Dii, unus bonus, & alter malus. Probat a sumptu, scilicet quod summe malum non possit causari a summe bono, quia causa habet in effectu virtualiter: sed summe bonum nihil habet de summe malo, ne formaliter nec virtualiter: ergo, &c.

2 Item quicquid perfectionis est in creaturis, totum est Deo attribuendum: sed facere sibi simile, est perfectionis in creaturis, ut patet per Philosophum. 4. Meteor. qui dicit, quod perfectum est, quod potest facere sibi simile: ergo Deus potest facere alium Deum: ergo plures Dii sunt, vel saltem esse possunt.

3 IN CONTRARIUM. Est, quod dicitur Exod.

20. & Deut. 6. Dominus Deus tuus, unus est Deus. & Phil.

osophus. 12. Metaphys. in fine, concludit, quod entia no-

lunt male disponi: nec bona multitudo est. Principum:

vnuus ergo princeps.

4 RESPONSO. Ita quæstio supponit vnum,

videlicet quod Deus sit: & querit aliud, scilicet vnum sit

tantum unus Deus, an plures. De hoc quod supponitur,

patet, veritas in sequenti distin. & nunc supponimus

Deum esse, intelligendo nomine Dei illud, quod est primus

& perfectissimum in entibus: quo supposito, dicenda sunt

duo